



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Eliseus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quamdiu manet Christus in host. [n.] 93.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



Respondendum est Lutherano, non Catholico: ille enim dicit cum pane esse solum corpus, & cum vino solum sanguinem absque corpore; hic autem fatetur, & sub specie panis, & sub specie vini esse totum Christum una cum Deitate & Humanitate, & sic utique vivum. Audi quod sequitur in cap. cit. Conc. Trid. ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque; vi naturalis illius connexionis & comitantie, quæ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius meriturus, inter se copulantur &c. subintellige esse, vel manere. Aliud ergo est solum corpus poni sub specie panis vi verborum consecrationis, & aliud solum corpus ibidem poni: hoc ultimum Lutherizat, prius autem optime Catholicum est: dum enim vi verborum ponitur solum corpus sub specie panis, ponitur per concomitantiam etiam sanguis, & anima; & dum sub specie vini, vi verborum formæ consecrationis, ponitur tantum sanguis, ponitur quoque concomitanter, vi naturalis connexionis, corpus, anima, Deitas, & unio hypostatica, adeoque totus Christus.

CONFERENTIA, XVI.

Præterdunt quidam, quod si quis indignè  
accedat ad hoc Sacramentum, statim recedat  
Christus, antequam comedatur. Item alii,  
recedere Corpus Christi, si species in latum

93.



vel alium locum sordidum cadant, vel a mure  
aut a bestia devorentur: an recté?

ꝛ. Certè Ratio est: quæ tamdiu manet  
Corpus & Sanguis Christi ac ipse Christus sub  
speciebus Eucharisticis, quamdiu possit sub  
ipsis conservari ipsa substantia panis & vini, si  
adesset, succedunt enim Corpus & Sanguis  
Domini substantiæ panis & vini: Sed substan-  
tia panis & vini non statim corumpitur ca-  
dens in lutum, vel alium locum indecentem,  
ut per se clarum est: Igitur &c. Deinde si pec-  
catore communicante Christus recedit, unde  
diceretur indignè sumere Sacramentum juxta  
illud I. Cor. II. *Qui manducat & bibit indignè,  
judicium sibi manucat & bibit, non dividens  
Corpus Domini?*

#### CONFERENTIA XVII.

**I**nfirmus sumpsit Hostiam, quam ob siccita-  
tem oris non potuit deglutire, sed tamdiu  
re-inuit in ore, donec totaliter conlumeretur:  
an fructuose communicarit?

94. ꝛ. Talem infirmum non manducasse  
Christum; ac per consequens gratiam sacra-  
mentalem non accepisse. Ratio est, quia  
hæc manducanti Sacramentum pronititur:  
non est autem manducatio Sacramenti, post-  
quam species corruptæ sunt, etsi corruptas  
cum saliva deglutiat: igitur &c.

95. At quid, si species semel sumptæ & trajectæ  
in stomachum, iterum integræ evomantur;

Ta-